

operibus DEUS moderna in
quibus vivimus tempora co-
ronaverit: & ut haberent epi-
tomicam quasi clavem ad de-
licias hortenses vel comparan-
das, vel observandas, vel ordine
indiculario connotandas. Pa-
rui ergò ægrè licet istorum non
tàm petitis quam monitis &
imperiiis, & ad evitandam la-
boriosæ descriptionis iteratio-
nem, eorundem svasu publicis
præli typis exscribendum tradi-
di, hoc quod vides, *Floræ no-
stræ Hallensis Specimen*, & in eó
designatas Plantas tàm indige-
nas, quàm exoticas, frutices
simul & suffrutices atq; arbo-
res, per tres abhinc annos non-

A 5 dum